Versor, Johannes: Quaestiones super libros Ethicorum Aristotelis (cum textu)

[Cologne]: Heinrich Quentell, 1494 Seite 113



# CIrca initium septimi libri ethicoꝝ Arestotelis

Queritur ꝑmo vtrum post determinationem virtutum moraliū ⁊ etiā intellectualiū in tractatu separato ethice determinandū sit de continētia. Arguitur primo ꝙ non. q: determinatio vie determinatōem finis p̄cedit. sed ꝯtinentia est via ad virtutes eo ꝙ quis sine ꝯtinentia bona opera cū difficultate operatur. ergo prius determinandū fuit de ꝯtinentibꝫ q̃ꝫ de virtutibꝫ moralibꝫ. Secūdo arguit̃ ꝙ in ethicis non sit determinandum de ꝯtinentia. q: negotiū ethicum versatur circa virtutes. sed ꝯtinentia nō est virtus sed aliquid minus virtute. vt dicit ꝯmentator. ergo in ethicis non est determinādum de continentia. Tercio arguitur. ꝯsideratio perfecti ⁊ imꝑfecti pertinet ad eūdē tractatū. sed ꝯtinentia est quid imperfectum respectu virtutis moralis. vt dicit textus. ergo in eodem tractatu determinādum est de ꝯtinentia ⁊ virtute morali. In oppositum est ph̄us in textu.

## Sciendum primo

Qꝫ postq̃ꝫ ph̄us determinauit de virtutibꝫ moralibus et intellectualibꝫ. Consequēter determinat de q̇busdam ꝯsequētibꝫ ad virtutes. et primo de ꝯtinētia. que est qͦdam imꝑfectum in genere virtutis. Secundo de amicicia. que est effectus virtutis. ⁊ hoc in octauo ⁊ nono huius. Et finaliter de fine virtutis. videlicet de felicitate. et hoc in decimo libro huius. Determinans autem de cōtinentia ⁊ eius opposito. primo distinguit eam ab alijs q̄ sunt eiusdem generis. ⁊ etiā eius oppositū. Et ꝑmo dicit ꝙ post ea que dicta sunt de virtutibꝫ moralibꝫ ⁊ intellectualibꝫ oportet ꝑmo dicere de illis que circa mores sunt fugienda vt nihil p̄termittat̃. quoꝝ sunt tres. scꝫ malicia incontinentia ⁊ bestialitas.

Sciendū scd̄o. ꝙ (vt in sexto dictū est) actio vera hominis est cū rōne practica vera ⁊ appetitu recto. Et per hoc ꝙ aliqͦd hoꝝ duoꝝ ꝑuertit̃ ꝯtingit aliquid esse fugiēdum in moralibꝫ. Si igit̃ sit ꝑuersitas ex ꝑte appetitus ratione p̄terita remanēte recta. erit incontinentia. q̄ est qn̄ aliquis habet rectā existimatōem de eo qͦd est faciendū vel fugiendū. sed ꝓpter impetū appetitus in ꝯtrariū trahit̃. Si aūt ꝑuersitas appetitus in tantū ꝯualescit vt rōni dn̄etur. tūc rō seq̇tur id in qͦd appetitus corruptus inclinat. sicut ꝑncipiū quoddā estimās illud vt finē ⁊ optimū. ⁊ tūc operat̃ ex electione ꝑuersa. ex qua aliquis dicit̃ malus. ⁊ talis dispositio dicitur malicia

## Conclusio prima

In ethicis determinādū est de ꝯtinentia ⁊ incōtinentia. Prima pars ꝓbat̃. q: ad ethicū ꝑtinet determinare de habitibꝫ quibꝫ quis laudat̃ vel vituperatur circa delectationes ⁊ tristicias. sed ꝯtinens ꝑ ꝯtinentiā laudatur in hoc ꝙ operat̃ bona. ⁊ vituperat̃ in hoc ꝙ cū difficultate operatur. ergo in ethicis determinandum est de ꝯtinentia. Sed de incontinentia probatur conclusio. quia oppositorum eadem est disciplina

Conclusio secūda ⁊ responsiua. in eodē tractatu determinandū est de ꝯtinentia et de virtutibꝫ moralibꝫ. Probat̃ q: quecūq̃ꝫ habent diuersa principia pertinētia ad diuersa in diuersis tractatibꝫ sunt determinanda. sed virtutum moraliū ⁊ intellectualiū ⁊ ꝯtinentie sunt diuersa ꝑncipia. vt patꝫ ꝑ ph̄m in principio huius septimi dicentem. Post hoc aūt dicendū est aliud principiū facientes quoniam circa mores fugiendoꝝ tres sp̄es. malicia. incontinentia. ⁊ bestialitas. ergo conclusio vera. ⁊ hec de primo. Quātū ad secūdum.

## Dubitatur primo

In quo ꝯsistit ꝑuersitas enūciatiōis. Respondet̃ ꝙ ꝑuersitas in vnaquaq̃ꝫ re ꝯtingit ex eo ꝙ corrumpit̃ temperātia debita illi rei. sicut egritudo corꝑalis in aliquo hoīe ꝓuenit ex eo ꝙ armonia humorum illius hoīs corrūpitur ideo ꝯsil̄ter ꝑuersitas appetitus (que interdū rōnem ꝑuertit) ꝯsistit in hoc ꝙ corrūpit̃ ꝯmensuratio affectionū humanarū. que q̇dem ꝯmensuratio non ꝯsistit in indiuisibili. sed habet quādā latitudinē. sicut etiā pꝫ de tēperātia humorum in corpore humano. Nā saluat̃ virt⁹ ⁊ natura humana cū maiori caliditate ⁊ cū minori in eodē hoīe. Et sil̄r ꝯtinentia humane vite saluat̃ ꝟm diuersas maneries affectionū.

Dubitat̃ secūdo. quare aliqua peruersitas appetitus vocat̃ incōtinentia. aliq̄ malicia. ⁊ aliqua bestialitas. Respondet̃ ꝙ cā est. q: dupliciter p̄t corrūpi p̄dicta ꝯmensuratio affectionū humanaꝝ. ⁊ ideo dupliciter ꝯtingit peruersitas in tali ꝯtinētia. Vno mō ꝯtingit nō exeūdo limites vite humane. ⁊ tūc hec ꝑuersitas vocat̃ incōtinentia vel malicia aut humana egritudo. Alio modo p̄t corrūpi temperantia humanarū affectionū. ita ꝙ ꝓgrediat̃ extra limites humane vite ꝟm similitudinem affectionum alicuius bestie. puta leonis in fortitudine. porci in gulositate et ita bestialitas vocatur. sicut si ex parte corporis complexio alicuius hominis mutaretur in complexionem leoninam vel porcinam

## Ad rationes.

Ante oppositū. Ad ꝑmam dicit̃ ꝙ ꝯtinentia non est via per quam peruenitur ad virtutes. sed est exercitium et consuetudo. vt patet per philosophum in secūdo huius. Ad secūdam dicitur. ꝙ negotium ethicū non solum versatur circa virtutes. sed etiam circa ea q̄ ad virtutes habent attributionem. modo licet continētia non sit virtus perfecta. tamen habet conuenientiam cum virtutibus et attributionem ad ipsas. Ad terciā dicitur. nō oportet semꝑ perfectum ⁊ imperfectum ꝯsi-



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-95/0113
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt